

ra... quæ cadavera tollentur à Parochis aut Vicariis dictarum Parochiarum in quibus decesserint, transferenturque ad Ecclesiam Parochialem & exinde ad dictorum Augustinianorum Ecclesiam deducuntur, ut ab iis excipiantur & inhumantur.

Notat quoque Barbosa De officio Parochi parte 3. c. 26. n. 70. "Ubi de functorum cadavera in alterius Parochia exstent, & in Ecclesiis Fratrum sepeliri debent, prius in Ecclesiam Parochialem ad benedictionem, ac ultimum vale à Parocho recipiendum deferenda esse.

XVII. Conformiter ad hunc usum Regni Gallia Eminentissimus Cardinalis Camillus Episcopus Gratianopolitanus in suis Ordinationibus Synodalibus tit. 4. art. 2. c. 5. interdicit omnibus Sacerdotibus sub pœna suspensionis, & laicis sub pœna excommunicationis transferre quacumque de causa corpora, defunctorum è domo mortuariâ ad locum sepulture electæ extra Parochiam, nisi prius fuerint delata ad Ecclesiam Parochialem. Verba sunt: *Nous defendons à tous Prêtres à peine de suspension; & à tous Laïques sous peine d'Excommunication, de transporter pour quelque cause que ce soit les corps des fideles de la maison où ils seferont decedez au lieu qu'ils auront choisi pour leur sepulture hors de leur Paroisse, qu'ils n'ayent este portez auparavant par le Curé à l'Eglise Paroissiale, d'où ils ne pourront estre transportez dans des Carosses sans Clerge, & sans luminaire, si l'on n'en a obtenu de Nous la permission & afin que les convois se fassent avec decence, Nous ordonnons que le Clerge des Paroisses accompagnera les corps jusqu'à la porte d'Eglise, où l'on les entervera, id est. Inhibemus quibuscumque Sacerdotibus sub pœna suspensionis, Laicis sub pœna excommunicationis, ne quacumque ex causa transferant corpora fidelium è domo in qua decesserint, ad locum Sepulture, quem elegerint extra Parochiam, nisi præviè per Parochum ad Ecclesiam Parochialem corpus delatum fuerit, unde in rheda educi non poterit sine Clero & facibus, nisi consensus noster accoverit. Ut verò fanebres comitatus deceter fiant, mandamus ut Clerus Parochialis corpus usque ad Ecclesiam limen in qua inhumabitur, deducat.*

XVIII. In pluribus Ecclesiis Belgicis idem jus inviolatum hæcenus remanet.

Et quidem anno 1613. Vicariatus Iprensis Sede vacante declaravit in causa inter Augustinianos & Parochos civitatis Iprensis, "corpora defunctorum laicorum, etiam convivialium studiosorum in Monasterio dictorum Patrum, repræsentanda esse in Ecclesia Parochiali, ibidemque celebranda consueta funeralia, priusquam illa apud prædictos Patres sepeliri queant.

XIX. Similis est declaratio seu sententia Senatus Regii Montensis pro Pastore civitatis Hallensis contra Minoritas ibidem an. 1656. Tenor sententiæ est: *Les Gens, &c. faisant droit déclarent que les Peres Recolletes de-vront souffrir que le corps du defunt, qui aura choisi sa sepulture en leur Eglise, soit porte par le Pasteur & Clerge en l'Eglise Paroissiale, pour recevoir avec decence la dernière Benediction Pastorale, & de là estre conduit par ledit Pasteur & Clerge, si celui requis en est, jusques près d'Eglise desdits Peres, pour à leur sortie d'icelle, le mesme corps leur estre delivré; leur ordonnant de n'y faire aucun Service, avant que celui de la Paroisse soit célébré avec les publications accoustumées. Id est. Judices &c. Jus dicentes declarant teneri PP. Recolletos ut permittant Defuncti cadaver qui in templo ipsorum Sepulturam elegerit, à Parocho & Clero ad Ecclesiam Parochialem deferri, ut ei suprema Pastoralis Benedictio decenter impendatur, indeque per dictum Parochum & Clerum, si is rogatus fuerit deducatur, itaque in viciniam Templi dictorum PP. quo ipsi Templo egressi dictum cadaver tradatur mandantes ut nullas exequias peragant, antequam in Parochia*

consuetis publicationibus præmissis celebrata fuerint.

XX. Et altera ejusdem Senatus pro Parocho S. Juliani contra PP. Recolletas in civitate Atheni qua declaratum fuit an. 1652. *que les Peres Recolletes ne pourront en sepulcher en leur Eglise aucun corps qui n'ait esté representé en l'Eglise Paroissiale du defunt, ne soit apres que le Pasteur decemment averti en sus refus. Id est. Quod PP. Recolletis nullum in Templo suo liceat corpus terræ mandare, quod prius delatum non fuerit ad Ecclesiam parochialem defuncti, nisi ejus rei Pastor debite præmonitus id reculasset.*

XXI. Postquam autem sensim permitti cœpit, ut contra pristina & in Ritualibus præscriptam disciplinam Missa funeralis sive exequiæ in Ecclesia peragerentur absente corpore, unâ haud difficulter permittitur aut dissimulatum fuit, ut corpus defuncti rectè deferretur ad locum electæ sepulture, modò tamen Missa sive exequiæ pro defuncto in Parochia celebrantur: quemadmodum in nonnullis Ecclesiis hodie observari videmus.

XXII. Et quidem in ordinatione Parlamenti Mechliniensis emanata an. 1668. que extat parte 4. Edit. Brabant. lib. 2. tit. 14. expressè declaratur, quod heredes aut executores defuncti in civitate Mechl. teneantur exhibere funeralia ipsi defuncto in Ecclesia Parochiali intra cujus limites è vivis discessit, licet in alia Ecclesia elegerit sepulturam. Verba sunt: *La cour faisant droit, & regardant le tout, declarer & ordonne que les executeurs Testamentaires & autres, à qui il appartient de rendre les derniers devoirs aux Trépassez, ayants fixe domicile & venans à deceder en cette ville de Malines, seront tenus de faire les Funerailles, & Services du Defunt en l'Eglise Paroissiale, dans les limites de laquelle ils auront en leur dernière residence, non obstant qu'ils auront choisi leur Sepulture en quelque autre Eglise. Id est. Curia jus dicens & suas cuique partes assignans, declarat & statuit Executores Testamentorum, aliosque ad quos spectabit defunctis iusta persolvere, commorantibus & decedentibus in hac Civitate Mechl. obstructos fore ut curent exequias & Officium pro Defuncto celebrari in Ecclesia Parochiali, intra cujus limites ultimò fuerint commorari, idque quantumvis locum Sepulture in alia Ecclesia sibi delegissent.*

XXIII. Cum verò hodie sint diversi generis exequiæ sive funera pro ratione majoris vel minoris pompæ & celebritatis exterioris, & loci quo ipsum cadaver repræsentatur vel sepelitur, ac majora vel minora jura tum Parocho, tum Fabricæ aliisque competant, pro ratione officii pro defuncto persolvendi, quæstio incidit, quod genus exequiarum in Ecclesia Parochiali sit persolvendum, quando in alia Ecclesia fuit electa sepultura; & an hæres sive executor qualicumque officio in Ecclesia Parochiali defungatur; & judicatum per Parlamentum Mechlin. 18. Martii 1669. heredem sive executorem non defungit, sed teneri ad exequias sive officium istius generis, quod respondet officio sive funeralibus factis in ipsa corporis inhumatione in loco sepulture electæ. Quia per factam commodo inhumationem censetur determinasse genus funerals, Deinde parum honestum videtur, defuncto apud extraneam Ecclesiam splendidius parentare, quàm apud propriam & Matricem Ecclesiam.

XXIV. Ulterius quia de jure ipsa Corporis inhumatio sive sepultura cum omnibus oblationibus competit Ecclesie Parochiali tamquam matri quæ defunctum Christo parturit, & vita durante nutrit, iustum quoque visum fuit, ut dum inhumatio cum oblationibus ad aliquam Ecclesiam transferri permittitur, hæc Ecclesia mater non in totum ab illis oblationibus excludatur; exemplo matris carnalis, quæ saltem in partem hereditatis liberorum suorum vocatur, si hæc ad extraneos ex dispositione liberorum transeat.

XXV. Et quidem in Cap. 1. de Sepul. postquam Pontifex declaravit, exemplo Patriarcharum unquamque

que in sepulchro Majorum esse sepeliendum; & ad exemplum Christi, nulli negandam esse electionem sepulture addit: "Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicii illi Ecclesie dari censemus, in qua cælesti pabulo refici consuevit ut juxta Apostolum sint consolationum socii, ut fuerint passionum, & sic demum ubicumque libitum fuerit, eligat sepulturam.

XXVI. In Cap. 8. eod. mandatur, "ut quicumque amodò in monasterio converti voluerit, sive in morte, sive in vita, omnium rerum & possessionum; quas pro salute animæ decrevit disponere, medietatem Ecclesie, ad quam dignoscitur pertinere relinquat.

XXVII. At in Cap. 8. eod. statuitur, ut si aliquem Parochianorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta portio relinquatur, scilicet Ecclesie Parochiali.

Portio quarta hic determinata apparet exemplo quarta partis hereditatis, quæ Matri debetur pro legitima ex hereditate filii.

XXVIII. Interim ex civitatis Decretalibus intelligimus, non eandem fuisse hujus portionis taxationem.

Unde interrogatus Clemens III. quomodo posita hac varietate intelligenda esset clausula in privilegiis apponi solita *salva iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur*, respondit: "Ut sicut beatus Hieronymus inquit, unaquæque provincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem regionis illa iustitia circa medietatem vel tertiam, vel quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur." Cap. 9. de Sepulturis.

XXIX. Verum licet juxta locorum sive Provinciarum consuetudinem hæc portio possit esse major vel minor quam quarta, nihilominus sicuti portio fructuum quæ Ecclesie penditur semper dicitur decima, tamen non semper decimam fructuum portionem conficiat, ita quoque portio quæ debetur Ecclesie Parochiali ratione sepulture in alia Ecclesia licet non semper sit quarta portio funeralium, nihilominus retinetur nomen quartæ funeralium, tamquam succedens in locum quarta, quæ ad instar quartæ legitimæ debetur Ecclesie Parochiali tamquam Matri respectu defuncti.

Vocatur quoque portio Canonica in Cap. 2. de Sepulturis in 6. & alibi, eo quod à Canonibus sit inducta.

XXX. In Clementina DUDUM, de Sepulturis. que plura dubia & quæstiones, Fratres Minores & Prædicatores inter & Parochos explanat & solvit, etiam, "auctoritate Apostolica constituitur & ordinatur, ut dictorum Ordinum Fratres de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quàm quibuscumque & in quomodo, documque relictis distinctè vel indistinctè, ad quoscumque certos, vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive canonica portio dari sive exigi non consuevit, vel non debet de jure nec non de datis vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocumque directè vel indirectè fratribus ipsis, vel aliis pro eisdem quartam partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus sacerdotibus, & Ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri integrè teneantur.

XXXI. Juxta hanc decisionem non tantum ex funeralibus propriè dictis, id est, quæ cum funere deferuntur, quarta debetur; sed generaliter ex omnibus quibuscumque & quorumcumque, in quoscumque usus obventionibus fratribus illis à defuncto, qui apud ipsos sepulturam elegit, relictis; tamen etiam de jure portio sepulture de illis dari non debet. Quia licet funeri non applicentur, videntur tamen intuitu electæ sepulture à defuncto esse relictæ: ideoque æquum videtur, Ecclesie Parochiali ex his quartam deberi; quia simul

cum ipsa sepultura ab Ecclesia Parochiali videntur quodammodò abstracta.

XXXII. Hinc Glossographus ad hanc Clementinam, verbo *Funeralibus* notat, quod juxta hunc textum etiam quarta debeatur ex candelis quæ dantur ad manus, id est, quas Fratres comitantes, manibus ferunt. "Et licet hoc sit rigorosum (ait Glossa) hoc tamen vult ista littera, & verbum, omnibus quod præcedit, & quibuscumque, que quod sequitur: "Additque, "Per hæc verba etiam, puto, eos teneri de iis quæ legantur pro Missis dicendis.

XXXIII. Ad hæc observandum, obventiones è quibus quarta detrahenda dicitur, intelligi de solis obventionibus quæ obveniunt Ecclesie in qua electa est sepultura: factas autem in Ecclesia Parochiali hic nullatenus considerandas, neque has in quartam esse imputandas; sed integras Ecclesie Parochiali cedere; ac præter has deberi quartam ex obventionibus relictis Ecclesie dictorum Fratrum in qua electa fuit sepultura.

Id jam pridem post Joannem Monachum notavit Joannes De Imola ad citatam Clementinam asserens, quod si cadaver primò portetur ad Ecclesiam Parochialem, ibique Missa celebretur, "recepta in tali Missa non computentur in quartam: Nam licet quarta debeat contentari, & nihil aliud amplius petere, tamen id est, verum respectu quarta ejus quod est relictum fratribus, nam de his hic loquitur de relictis autem Ecclesie, Matræ nihil hic dicit Papa.

XXXIV. De hac quarta funeralium extat Decretum Concilii Tridentini sess. 25. cap. 11. de Reforms. in hæc verba, "Decernit Sancta Synodus, ut quibuscumque in locis jam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali aut parochiali Ecclesie solita esset persolvi, ac postea fuerit; ex quocumque privilegio, aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscumque, que locis piis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali seu parochiali Ecclesie persolvatur: non obstantibus concessionibus gratis, privilegiis etiam Matri magno nuncupatis, aut aliis quibuscumque.

XXXV. Hoc Decretum, nec non præallegati Juris textus satis indicant, quanta fuerit Ecclesie cura, ut Parochialibus Ecclesiis provideretur; quodque creditum fuerit, obventiones & funeralia quæ locis electæ sepulture relinquuntur, quasi violentè Ecclesiis Parochialibus quartam addici, exemplo matris, cui hereditas filii adimitur & ad extraneos defertur.

XXXVI. Sed & illud ex allegatis Decretalibus & Decreto Concilii Tridentini habetur, hanc quartam consuetudine regis, eamque pro varietate provinciarum & locorum variam esse, quæ varietas non tantum circa quantitatem, sed & circa ea è quibus debetur, versatur.

XXXVII. Synodus Tridentina solum urgens solutionem integram quarta quæ funeralium dicitur, quæ ante 40. annos Ecclesie Cathedrali aut Parochiali solvi solita fuit, sat clarè innuat, usum portionis hujus funeralium consuetudine longissimi temporis, a hove titulo tolli posse, quemadmodum in Gallia eam non esse in usu testatur vir eruditus Claudius Fleuri lib. 2. Inst. Juris Canonici c. 9. uti & Belgio multis in locis usus ipsius desit, præsertim in Ecclesiis, quæ jus celebrandi primæ exequias retinent: in aliis verò ea ferè consuetudo est, ut electa sepultura apud Fratres Mendicantes, Parochus ad deducendum funus cum suo Clero invitetur; utque officio funebri in Ecclesia Fratrum illorum per ipsos Fratres celebrando intersint, ac propterea quartam partem consequantur funeralium, id est, eorum quæ circa funus adhibentur. Ut enim quarta omnium omnino obventionum juxta expressionem Clementinæ Dudum solvatur, nescio, an ullibi saltem in Belgio obtineat.

XXXVIII. Itaque quoad hanc *quartam funerariam*, uti & alia jura funeralia multum valet consuetudo locorum & Ecclesiarum præsertim longitæporis. Si autem ipse usus dubius sit, interpretatur ex jure communi, vel interdum ex usu vicinorum locorum desumenda, ita tamen ut in dubio pro Ecclesia Parochiali quoad jus ad sepulturas & oblationes interpretatio fiat, utpote cui jus commune assistit, quod saluum manet donec aliud ostendatur.

XXXIX. Insuper in hac materia attendenda sunt concordata & conventiones inita inter Prælatos & Parochos cum Fratibus Mendicantibus aliisve, de quibus Concordatis agitur in *Cap. fin. De Pactis in 6.* ubi unâ dæcernit Bonifacius VIII. hujusmodi "compositiones & pacta cum Prælatis, Capitulis & Rectoribus & personis prædictis ab ipsorum Fratrum Conventualibus, Prioribus, seu Guadianis facta vel approbata, de suorum conventuum consilio & assensu (dum tamen aliis sunt licita & honesta) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta, perpetuè inviolabiliter observari non obstante, quod magistri vel ministri aut Priores Generalium seu Provincialium prædictorum

non intervenerint in eisdem assensus, nec ab ipsorum Generalibus vel Provincialibus Capitulis existerint approbata: seu quod Sedes Apostolica in iis, quæ per prædictos Fratres minores facta fuerint, auctoritatem suam non præstiterit vel assensum.

XL. Circa hæc concordata observandum, ut claris terminis, omnia exprimentur; ne aliàs ob æquivocationem terminorum contingat, ut concordata, quæ pacis & concordie causa inveniunt, postmodum sint litium & dissidiorum semina. Et quia experientia compertum est, concordata in hujusmodi materiis penè semper lites parere, non facile ad hujusmodi concordata Parochi descendere debent; sed potiùs juri communi inhærere; præsertim quia concordata hæc vix inveniunt, quin Ecclesia Parochialis aliquid de suo jure remittat: imò nonnumquam contingit lites planè in fundatas suscitari, ut postmodum mediante hujusmodi concordato sopiantur, quo semper aliqui Ecclesiæ Parochiali alioquin de jure communi competens deciderit, & Fratibus mendicantibus accrescit. Itaque dum de inveniendis concordatis agitur, meritò omnia accuratè expenduntur, & Superioribus communicantur.

Monumentum ad Cap. V. Num. XXIII. Sententia Parlamenti Mechliniensis. &c.

Sententia Parlamenti Mechliniensis de forma exequiarum celebrandarum in Ecclesia Parochiali pro Parochianis sepultis in Ecclesiis Mendicantium.

Senrence Extendue Touchant le pied qu'on doit tenir aux Enterremens & Exeques de ceux qui choisissent leur sepulture hors leur propre paroiche, donnée au grand Conseil le 18. Mats 1669.

Comme differer avoué esté men au Grand Conseil de sa Majesté entre le Pere Supérieur de l'Oratoire en cette ville, de servent de la Cure de S. Jean suppt. d'une part & Elisabeth van den Berghe Rescribente d'autre, sur ce que le Suppt. avoit par requête du treizieme de ce mois remonstré que feve Jense vanden Berghe residente en laditte Paroisse, & ayant esté administré par le Curé d'icelle, estoit decedé au Mois d'Octobre dernier, & sur les promesses que la Rescribente sa sœur & heretiere avoit fait de faire son service au d'icelle Eglise Paroissiale, elle avoit esté inhumée le vingtiesme dudit Mois dans la Chapelle de Nostre Dame en l'Eglise de la Societé de Jesus, ou l'Autel avoit esté couvert de drap blanc, & la bierre entourée de quatre chandeliers: ce qui denotoit plus tost un enterrement de cheur que d'Eglise & comme laditte rescribente avoit voulu attendre le dernier reglement de cette cour emané le 24. de Decembre dernier refusoit maintenant de se conformer à iceluy, & que non obstant plusieurs interpellations amiables elle ne vouloit accomplir ses promesses, ny payer les droits deuz à sa Paroisse, sous ombre qu'elle pouvoit choisir tel service que bon luy sembloit, suivant l'article deuxiesme de la Caroline, du vaine troisieme de Mars 1528. & sans considerer, que ledit article ne parloit que d'un service effectif, & presuppose un choix du defunct, ou de son heritier, qui n'avoit pas esté fait au cas en question, & qu'autrement ce seroit d'inter les droits de toutes les Paroisses, si apres avoir fait un service pompeux dans une Eglise estrangere, comme avoit esté fait au sujet de laditte defuncte, on pouvoit se prevaloir de laditte Caroline, qui ne parloit que du service effectif & nullement des droits surroguez, au lieu du service, qui se faisoit ailleurs & proportionnez à la qualite d'iceluy de Choor, lyck ou Kerck lyck, ce pourquoy le suppliant concluoit à ce que seroit ordonné à la ditte rescribente, & en tant que de besoing condamnee de luy payer promptement les droits du service nomme Kerck lyck, & les droit de schinckinge, du moins par provision, ou bien deputer commissaire, pour parties oyées, sommairement estre dispose sur ce que se requiert. Surquoy avoit esté ordonné quelle seroit incontinent monstre à Partie pour y dire pardevant le conseilier de Baillencourt le lendemain à deux heures apres mydi peremptriers & à peine que sera dispose sur la provision requise. Que lors parties comparantes pardevant ledit commissaire, ledit Suppliant y avoit fait ramener a fait ladite requête & conclure selon icelle demandant despens la Rescribente y respondante avoit déclaré que la defuncte n'avoit ordonné aucunes exeques ou funeraillies non plus par testament qu'autrement par ainsi competoit à la Rescribente sa sœur le choix & l'election d'icelles ensuivte de laditte Caroline article dexiesme, laquelle rescribente avoit choisy si quelle faisoit, de faire faire des exeques mediocres, en thioes mittelbaere Uyt vaert van l'vierde Ordre, offrant suivant ce de promptement faire celebrer lesdites exeques, & en payer les droits y afferans, soutenant moyennant ce devoir passer, & qu'au surplus le suppliant seroit declare non recevable ny fonde au dispositif de l'ure quete, de moins en la forme & maniere demandant despens. Pour a quoy replicquer le suppliant avoit requis & luy avoit esté accordé terme jusqu'au lendemain sans prejudice de ce ledit Commissaire, se conformant à ce dont la COUR l'avoit enchargé avoit demande au procureur de la Rescribente, s'il vouloit mettre en denegation, que la defuncte avoit esté ensevelie en l'Eglise des Peres Jesuites, & qu'il on avoit fait mesme appareilles de funeraillies comme on estoit acoustume d'y faire pour les autres personnes, lesquelles de memoire on y avoit enterre, & pour lesquelles on y avoit fait services tant au regard des ornemens de l'Autel que de la representation que l'on mettoit au milieu de l'Eglise au temps de l'Office, & quelzquels jours en apres; à quoy la rescribente satisfaisant avoit au verbal du 15. dudit Mois fait dire que la defuncte avoit esté enterree dans laditte Eglise des Peres Jesuites en la forme & maniere qu'icelles estoient acoustumez d'enterrer toutes autres personnes tant riches, que pauvres également & sans aucune difference ou distinction moins d'aucun appareil de funeraillies, ayant simplement la bierre & l'Autel esté couverts de drap blanc selon qu'on offroit de verifier en cas de besoing. Surquoy procedant ledit suppliant, & aussi sur le verbal precedent, avoit debattu le tout par insuffisance, & autrement, & persiste es conclusions prises par sa requête avec demande de despens. Ce qui estant ainsi debattu par la Rescribente elle avoit par illement persiste sans qu'elle y adjoutou par son adversier mesme que la Caroline n'ayant oncques esté abolie ou alteree obatu la devoit estre observé & de suite se conformer aux prescripts des funeraillies y reglees, de tant plus que l'observance d'icelle se trouvoit bien expressément commandé par laditte

laditte sentence du vingt quatriemes Decembre dernier, aussi les causes efficiente & finale de laditte Caroline tesmoignent clairement que les Pasteurs n'avoient aucune chose à dire au regard de la forme des funeraillies d'un tres pèssé, ce que bien consideré l'on ne pouvoit comprendre avec quel fondement le suppliant vouloit obliger la rescribente de faire faire les funeraillies à un Kerck-lych, veu qu'en effect ces deux choses repugnoient d'avoir le choix & liberté de faire si grand, ou petit service qu'on desire. On voit que dans l'Eglise Metropolitaine de S. Romhaut, que pour un pauvre bourgeois qui estoit du corps d'un Mestier, l'Autel estoit couvert de drap, noir, la bierre entourée de chandeliers, & couverte d'un splendide habit en Thioes, Baer-Kleedt, & tout ce non obstant, que l'enterrement se faisoit dans la cemetiere; par consequent ce n'est oint par les appareils, Qui devoient determiner les funeraillies. Si convenoit noter que la place, ou que le service se fait, ne determinoit non plus l'espece de funeraillies, comme estant veritable que plusieurs services de tres passez en la Paroisse dudit S. Romhaut se faisoient dans le Chaur, non obstant, que les funeraillies estoient de la moins dre espece, entre autre des Margliseurs fossoyeur & autre servant l'Eglise. Ce qui ayant esté joint audit differer & iceluy mis en estat de juger. Le tout ven & considere la Cour faisant droit at ordonné & ordonné par c'esté sentence definitive, & arrest à laditte suppliante de faire celebrer pour la defuncte sa sœur en sa Paroisse un service au pied du reglement estably pour l'Ordre du Kerck-lycken, & d'an payer les droits, ensemble les droits du convoi de l'enterrement. La condamnant es depens de la poursuite à la taxation & moderation d'icelle cour. Donne à Malines le dixhuitieme de Mars 1669.

CAPUT VI.

Quibus neganda sit Sepultura?

1. Carere sepultura pœna gravissima etiam apud Ethnicos.
2. Eam Christianis Gentilibus ut ignominiosissimam instigebant.
3. Apud Romanos corpora morte punitorum insepulta manebant.
4. Hodie sine licentia Magistratus inhumari nequeunt.
5. Medicis dantur corpora morte punitorum ad exercitium anatomia.
6. Ecclesia nulli negat inhumationem, nisi Ecclesiasticam.
7. Quos removel vivos à communione, eisdem negat sepulturam sacram.
8. Sepultura negatur excommunicato, ne aliàs cum illo communicetur in sacris.
9. Negatur ob vitium ingressum in Ecclesiam.
10. Per inhumationem in loco sacro videtur excommunicatus admitti ad publicas preces.
11. Cadaver representat hominem vivum.
12. Ex negata communione in vivis probatur neganda sepultura.
13. Ab Ecclesiastica sepultura exclusi ab unitate Ecclesie segregati.
14. Quales sunt excommunicati quibus in vita communicatio negata.
15. An requiratur ut sint denunciati?
16. Interdicti quoque exclusi.
17. Item Hæretici, schismatici & similes.
18. Qui non communicarunt in Paschate ad præscriptum Canonis Omnis utriusque sexus.
19. Occisi in ludo torneamentorum.
20. His similes sunt pugnantés in duello.
21. A sepultura excluduntur tametsi dederint signa penitentia.
22. Raptoribus subinde negatur sepultura, licet concedatur viaticum, & quid per viaticum intelligatur.
23. Putant Canonici non semper concedendam sepulturam iis, qui in extremis acceperunt absolutionem.
24. Id ipsum supposuit Concilium Ravenatense.
25. Manifesti Usurarii à sepultura excludendi.
26. Hec pœna evincit infipientiam tinnorum quibus hodie usur palliatur.
27. Infantes mortui sine Baptismo non sepeliendi in loco sacro.
28. Neganda publicis & obstinatis peccatoribus.
29. Prudenter in hac negatione procedere debent Parochi.
30. Per inhumationem excommunicati polluitur locus sacre, ut nullus ibi sepeliri queat.

31. Id expressum in Synodo Aurelianensi, & que hujus ratio?
32. Cadavera hujusmodi exhumanda si discerni queant.
33. Exhumatio auctoritate Superioris ordinariè fieri debet.
34. Circa negationem sepultura & exhumationem Ecclesiarum consuetudo attendenda.

I. **G**ravissimam etiam apud Gentiles pœnam fuisse carere sepultura notissimum est. Eam non nisi scelestissimis impostam fuisse probant *L. 11. §. 3. De His qui notantur infamia, & L. 35. ff. de Religiosis & impensis funerum.* Unde & de patricidis tamquam scelestissimis decretum fuit, ut cadavera coram aut in mare projicerentur, aut bestiis objicerentur devoranda.

II. Hinc Gentilium in Christianos furorem exprime-re volens Tertullianus in Apologetico *cap. 37.* ait: "Nec mortuis parcum Christianis, quin illos de requie sepultura, de alylo quodam mortuis, jam nec totos avellant, dissecant, distrahant."

III. Refertur in *L. 1. ff. De Cadaveribus punitorum*: "Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt; & id de se observasse etiam D. Augustus lib. 10. de vita sua scribit. Hodie autem eorum in quos animadvertitur, corpora non aliter sepeliuntur, nam si fuerit petium & permillum: & nonnunquam non permittitur, maxime majestatis causa damnatorum."

IV. Etiam & hodie ad terrorem & exemplum aliorum, corpora suspensorum manent insepulta; nec sine licentia Magistratus abduci, aut sepultura traditi possunt. Vide Paponium lib. 20. tit. 8. art. 4. ubi notat, quod licet jure Romanorum videretur necessarius consensus Principis juxta *L. 2. ff. de Cadaveribus punitorum*, nihilominus invaluisse, ut à Judice peti corpus possit; quemadmodum corpus Salvatoris nostri Jesu Christi petium ad sepulturam à Pilato Judice datum fuit. Refertque ibidem, cadaver cujusdam Advocati à Senatu Parisiensi parentibus ad sepulturam concessum fuisse, etsi de crimine læsæ majestatis convictus, ultimo supplicio fuisset affectus. Dedit & consuetudo Judici arbitrium permittendi medicis cadavera ista ad anatomem.

V. Quin & medicis hujus universitatis anno 1661. permisit Concil. Brabantia, ut pro exercitio Anatomia quærere possint corpora morte punitorum in civitate Lovaniensi & pagis vicinis; mandatur que Officiariis, ut dum contingit personam Virilis sexus affici ultimo supplicio in mensibus hiemalibus, Octobri, Novembri, Decembri, Januario, Februario & martio, indilate indicare debeant Professori Anatomia; & si mulier eo supplicio afficiatur, in omni mense id significare debeant: eo quod rariùs mulieres, quàm viri supplicio moriantur.